

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.  
Theol. D. ... Ad Exsequias Quae Viro Ampliissimo & Prudentissimo Dn. Joachimo  
Schwartzkopff/ Civitatis huius Camerario praecipuo & Senatorum Primo, in  
Templo Mariano hodie parabuntur Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
studiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774783036>

Druck    Freier  Zugang



Mauritius C

in

J. Schwartzkopff.

Rostock, 1650.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774783036/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783036/phys_0003)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774783036/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783036/phys_0004)

**DFG**

32

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR UNIVERSITATIS  
ROSTOCHIENSIS  
CASPARUS MAURITIUS,  
SS. Theol. D. ejusdemq; P. P. & Ecclesiastes  
*Ad Exequias*  
Quæ  
*Viro Amplissimo & Prudentissimo*  
DN. JOACHIMO  
Schwartzkopff/  
Civitatis hujus Camerario  
præcipuo & Senatorum  
Primo,  
*in Templo Mariano hodie  
parabuntur*  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
studiosè invitati.



(O) 36



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. L.



Raphicē de pingit incommoda senectuti's Ecclesiastes cap. XII. quando ait senibus obtenebrescere solem, Lunā & stellas, non illis quidem naturam mutantibus, sed oculis senum, ut loquitur alicubi Chrysostomus, non valentibus pure radiorum lumen suscipere: ubi recurrent nubes post pluviam, hoc est uno incommmodo ablato, mox aliud adest: ubi commoverunt custodes domus, hoc est, ubi manus & brachia tremunt ob inopiam caloris nativi neq; satis officium faciunt: ubi incurvantur viri valentes robore, hoc est, ubi, qui in infantia fuerat quadrupes, in senectute fit tripes, quia bacillū tanquam tertiam tibiam adsciscit, sub vapore incurvatur, cruribus & pedibus sustinendae moli impetribus: ubi intermitunt molieries, hoc est, dentes à natura concessi ut molant cibum, quo comminutus in ventriculum demittatur, qui florente ætate præparare & mandere cibum egregiè poterant, in senectute mandere cesant: ubi obtenebrescant illi qui spectant per fenestras, hoc est, oculi animæ speculum hebetes redduntur, exsiccatis eorum humoribus, & tunica quadam crassiori & rugosa integruntur: ubi occiduntur valve in plateam spectantes propter depresso sonum molitionis, hoc est, ubi labia, quæ extenuis

terius videbantur olim, in senectute comprimuntur. &  
introrsum reducuntur ad supplendum locum dentium,  
quorum defectus & raritas imbecillitasq; sonum moli-  
tionis imminuunt in senibus, qui cibum non tam atte-  
runt, scindunt & commolunt, quam versant rauca ma-  
xillarum & gingivarum agitatione: ubi *surgit senex ad*  
*vocem avicula*, hoc est, protinus expurgiscit, cum incipiunt  
canere aviculæ summo mane, & exutitur somnus ad  
unius aviculæ pipitum aut garritum: ubi *incurvantur*  
*omnes filii cantici*, hoc est, omnes cantatrices, cantores in-  
nullo apud senem sunt pretio: ubi *are altazimenes senes*. &  
terrores eis sunt in via, hoc est, ubi timidè, sollicitè, & anxie  
incedunt, atq; loca quævis acclivia & alta fugiunt: ubi  
*flores amygdalus*, hoc est, ubi cana senes habent tempora:  
ubi *oneratur locusta*, hoc est, ubi dorsum senis incivatur,  
ut imaginem quarundam gibbosarum loçustarum re-  
præsentet, ipseq; sibi sit oneri, & suo ipsius dorso suc-  
cumbat: ubi *dissolvitur appetitus & abiit homo in domum se-*  
*cuius sui*, hoc est, sepulchrum, in quo homo habitatus est  
quantisper hoc seculum durabit: tunc *circumeunt in pla-*  
*te a plangentes cum videlicet mortuus est sepeliendus, cu-*  
*jus funis argenteo per mortem est dissolutus*, hoc est, medulla  
spinalis, per quam in nervos spiritus diffunduntur, offi-  
cium facere desiit; & *contrita est phrala aurea*, hoc est me-  
ninx, seu membrana, quæ cerebrum foris integit; & *fra-*  
*cta est hydria ad scatebram*, hoc est venæ mesaraicæ, quibus  
fractis sanguis ex jecore hauriri non potest; deniq; *con-*  
*trita est in morte rota ad cisternam*, hoc est, cor ipsum, pri-  
mum vivens & ultimum moriens, quod perpetuo motu  
agitatur, in quo sanguis arteriosus gignitur. Habet ve-  
nustissimam sapientissimi Regum descriptionem sene-  
ctutis, mortis, sepulturae; quam excipit resolutio cada-

veris in cinerem & pulverem. Sequitur enim: *Et redies pulvum in terram, sic us fuerat.* Sed additur: *Spiritus autem ad DEUM, qui dedit illum.* Et hoc est, quod lenire omnes senectutis molestias debet, nimisrum quod propiori gradu unionem animae nostrae cum Christo in coelis peragendam attigimus. Et quo magis redditur ineptum corpus, hoc anima magis apta ad colendam cum Deo communionem efficitur. Vocent alij senectutem vita occasum, alij onus Aethna gravius, alii vita faciem, alij malorum omnium portum, alij sentinam morborum & omnium sensuum corruptelam, alii deniq; cum Solone *vita hiemem*: at veri Christiani hanc hiemem non horrent, quippe persuasi testimonium reddende conscientiae ipsorum Spiritu Sancto, ver novum æmœnissimumq; æternum duraturæ vitae & felicitatis secuturum. Conqueratur P. Licinius Calvus se non eundem sed umbram nomine, Liciniij relictum, vires corporis affectas, sensus oculorum atq; aurum habentes, membra labare, vigorem animi obvium: membra torpere: premori incessum, dentes etiam ac ciborum instrumenta: verus Christianus honestæ & piæ mentis conscientia fretus has molestias fortí pectori concoquet, & instare optatum toties finem hujus & initium melioris vitae gaudebit. Atq; ut haec mens erat ei, cuius exuviarum cohonestarum gratia haec commentamur, Viro Amplissimo & Prudensissimo Dn. JOACHIMO Schwartzkopff / Camerario hujus Urbis præcipuo & Senatorum primo, ita nullum dubium est, quin pietatis suæ fructus nunc sentiat & sit, in æternum sensurus uberrimos, post superatas omnes senectutis molestias otia longè dulcissima, quibus exprimendis nostra impar oratio est. Natus est noster o manætis Anno superioris seculi octuagesimo secundo ex honestissima & primaria Schwartzkopfforum profa-  
pia

pia, Patre JOACHIMO Schwarzkopff Cive olim  
Wismariensi primario: Matre vero Tilsche Schmedes/  
foemina primaria omniumq; matronalium virtutum  
decore splendidissima: Avo paterno Amplissimo Viro,  
Dn. GEORGIO Schwarzkopff Consule Wismariensi  
gravissimo: Avia paterna AGNETA GLADOWEN  
foemina egregia, Amplissimi Viri, Dn. Consulis Wismariensis  
*GLADOWEN* filia: Avo materno BALTHASARO  
Schmidt / Cive hujus urbis primariae dignationis & Ce-  
revisiario: Avia materna matrona pientissima & hone-  
stissima Tilsche Kerckhoffs / Amplissimi Viri Dn. BARTHOLDI  
Kerckhoffs / hujus Urbis Consulis honoratissi-  
mi filia. His parentibus & avis Consulari dignitate con-  
spicuis ortus, postquam arbori vita Christo per Bapti-  
sum insitus esset, semina pietatis puer hausit, eamq; de-  
se spem concitatavit, futurum, ut per majorum laudata  
vestigia cum tempore graderetur. Sed Patre sexto et a-  
tatis suae anno orbatus, deinceps à matre recte educatus &  
à præceptoribus porro cum in pietate, tum in linguis re-  
cte & ordine informatus est. Nam in schola triviali pa-  
tria primis fundamentis haud infelicitate jaëcis, de sen-  
tentia Matris & propinquorum Anno seculari studio-  
rum uberiorum excolendorum causa Stetinum in Pædago-  
gium missus, ibiq; per biennium commoratus est. Quo  
elapsso dignus judicatus, qui ad Academias iret, in hanc  
nostram venit, ut fundamenta altius opera præsertim  
majoris magisterii erigeret. Hinc Francofurtum, Mar-  
purgum, Lipsiam ordine adiit, ibiq; in studiis cum laude  
profecit. Anno hujus seculi nono Rostochium rediit,,  
ubi adhibitis in consilium propinquis in matrimonium  
expetivit Virginem pudicissimam & lectissimam AN-  
NAM Behmen/Prudentissimi Viri, Dn. GEORGII Beho  
men

A 3

men Consulis Neobrandenburgensis spectatissimi Fili-  
am, cum qua X XII; annos in vero & sincero amore  
conjugali vixit. Hæc illum septem liberorum parentem  
fecit, trium nempe filiorum, quatuor aliarum, ex quibus  
maxima natu **ELISABETH** Domino HERMANNO Lemb-  
ken in matrimonium tradita; secundogenita **ANNA** im-  
matura mortem obiit; terția **AGNETA** matrimonio juncta  
Dn. **HEIMRADO** Xinequicht Illustrissimi Ducis Megapoliti-  
tani Secret. laudatissimo: minima natu Regina Dn. **Hans**  
**Müller**/Civi hujus urbis primario, amico nostro pl. di-  
lecto hupsit. Tres filij hactenus vinculi conjugalis exper-  
tes diversis in locis commorantur: primus enim peregrè  
abest, nomine **GEORGUS**, & Magnatum res gerit: secun-  
dus **JOACHIMUS** Theologiae studiosus præsens est, mi-  
nimus natu Jurisp. consecratus **CASPARUS** studiorum  
causa apud exterios agit. Vedit noster p. defunctus rara  
felicitate superstes nepotes ac neptes numero XIV.  
Cæterum, cum eum non tantum natura ad conjugium  
verum etiam ad res gerendas idoneum eruditio & expe-  
riencia reddidisset, in amplissimum ordinum Senatori-  
um cooptatus anno hujus seculi vigesimo secundo, di-  
versis officiis perfunctus, Camerarij tandem supremum  
attigit gradum. Quanta autem dexteritate in officio suo  
versatus sit, cum id nemini ignotum esse possit, non est,  
quod hic pluribus persequamur: cum silere melius sit,  
quam leviter ea attingere. Anno XXXI. amissa vel po-  
tius præmissa suavissima conjuge in molestias viduati  
thalami conjectus, eisdem decem ipsos annos masculè  
pertulit, quibus expletis anno XL ad secunda vota  
cum fœmina pientissima, bonisq; moribus dotatissima,  
**DOROTHEA** von Münster Dn. **NICOLAI WEINICHI** Se-  
natorum Senioris amplissimi vidua ineunda animum  
adjecit:

adjectit: Sed horum fructum DEUS ei ad exiguum tem-  
pus indulxit. Erepta enim post sesquiannum opatissima  
conjuge ad eosdem viduæ vitæ scopulos relapsus est. In  
his hæsit septem annos, quo tempore luctus & molestia-  
rum cumulum sensit, in primis hoc postremo, quo eum  
divina benignitas ad beatum ex hac vitaabitum scorbu-  
to & phtisi morbo medicinam omnem respuente præ-  
paravit. Cui finem attulit dies X. hujus mensis hora XII.  
meridiana, quo tempore præsente pl. Reverendo & Ex-  
cellentissimo Viro, Dn. JOHANNE CORFINIO, SS. Theol.  
Lic. P. P. & Templi Mariani Pastore vigilantissimo,  
Collega & Amico singulariter dilecto & colendo, ærum-  
nabilem vitam cum beatissima morte commutavit, vel  
potius, mortem hanc vitæ præsentis cum vera & vitali  
vita, in qua nullæ sunt tenebrae *δένεια τοῦ θαλλαγῆ*, οὐ ποτὲ  
*ἀμφιστρατη*, in qua nec nubes sunt nec pluviae, in qua cœ-  
lestis custos dissoluto terrestris domus nostri taberna-  
culo, in brachium suum nos congregabit animarum nostra-  
rum pastor DEUS Es. XL. II. in qua pedes nostri consi-  
stent intra portas cœlestis Hierololimæ sine debilitate,  
sine senio, in qua dentes nostri sine infirmitate mandent  
panem vitæ in æternum, & oculi caligine omni depulsa  
videbunt lucem inaccessam *Deumque sicut est*, in qua labio-  
rum omni profligata *αὐτομάτια* voce clarisona *τριόπτερον* il-  
lud cum sanctis Seraphim æternum cantabimus, excita-  
ti non ad vocem aviculæ, sed ad clangorem tubæ & vo-  
cem mellitissimi Salvatoris nostri, cum toto cœlitum  
choro cantaturi *canticum novum*, *canticum Mosis & canti-  
cum Agni* Apoc. V. 9. & XV. 3. quando solidatis plantis  
& malleolis nostris cœlum concenderemus in atriis Jé-  
hovæ æternum sine rædio & molestia ambulaturi. Tunc  
florebimus sicut palma, nec desuent nec marcescent gaudij  
nostrī

nostri folia , tunc incurvi subrecti glorificabimus Deum Luc.  
XII 13. tunc ex manna occulto appetitu nunquam dis-  
solvendo edemus Apoc II. 17. translati in cœlestis Pa-  
tris domicilium , quod seminavimus cum lacrimis , cum jubila-  
tione metemus; tunc Davidi succinemus Psal. XV 1. 6. Funi-  
culi mihi ceciderunt in amoenissimâ locis : ideo etiam hereditas  
pulchra obtigit mihi : habentes phialas aureas plenas suffitum.  
Apoc. V. 9. & bibentes de torrente deliciarum diuinorum  
Psal. XXXVI. 9. & de fonte vita v. 10. Cum vero hodie  
hora i. corpus ritibus nostræ Ecclesiæ solennibus terræ  
omnium matris concredendum sit, Cives omnium ordi-  
num Academicorum , quod nobis ad agnitionem nostri,  
quod superstitibus ad consolationem aliisq; ad imitatio-  
nem proficiet, id haud inviti præstemus , & ad exequias  
honestandas conveniamus dicta hora in templo Maria-  
no; eadem opera nostræ mortalitatis seriam meditationem  
suscipiamus , & Illustrissimos Principes atq; Amplissi-  
mum Senatum , Almæ matris Academiæ Patronos cle-  
mentissimos & benignissimos Deo Opt. Max. devo-  
tis precibus commendemus. P. P. Rostochij

XVII, Decemb, Anno M, DC. L:





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774783036/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783036/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774783036/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783036/phys_0014)

**DFG**



[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774783036/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783036/phys_0016)



pia, Patre JOACHIMO Schwathi  
Wismariensi primario: Matre vero  
fœmina primaria omniumq; matrona  
decore splendidissima: Avo paterno A  
Dn. GEORGIO Schwarzkopff Cons  
gravissimo: Avia paterna AGNETA  
fœmina egregia, Amplissimi Viri, Dn.  
riensis GLADOWEN filia: Ayo matern  
Schmidt / Cive hujus urbis primariæ dig  
revisario: Avia materna matrona pien  
stissima Tilsche Kerckhoffs / Amplissimi  
THOLDI Kerckhoffs / hujus Urbis Cons  
mi filia. His parentibus & avis Consula  
spicuis ortus, postquam arborivitæ C  
sumum insitus eslet, semina pietatis puer  
se spem concitatavit, futurum, ut per ma  
vestigia cum tempore graderetur. Sed  
tis suæ anno orbatus, deinceps à matre r  
à præceptoribus porro cum in pietate, t  
etè & ordine informatus est. Nam in se  
tria primis fundamentis haud infelicit  
tentia Matris & propinquorum Anno  
rum uberior excolendorum causa Steti  
gium missus, ibiq; per biennium comm  
elapsus dignus judicatus, qui ad Academ  
 nostram venit, ut fundamenta altius o  
majoris magisterii erigeret. Hinc Franc  
purgum, Lipsiam ordine adiit, ibiq; in s  
profecit. Anno hujus seculi nono Ros  
ubi adhibitis in consilium propinquis i  
expetivit Virginem pudicissimam & l  
NAM Behmen/Prudentissimi Viri, Dn.

A 3

